



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

De Vocabvlis Missæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

tem: Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam. Hic testatur, in sacramento offerri remissionem peccatorum; testatur & fide accipi debere. Infinita testimonia leguntur in hanc sententiam apud Patres, quæ omnia detorquent aduersarij ad opus operatum & applicandum pro alijs, cum Patres apertè requirant fidem, & de propria cuiusq; consolatione loquantur, non de applicatione. Præter hæc leguntur & sententiæ de gratiarum actione, qualis illa est suauissimè dicta à Cypriano de piè communicantibus: Pietas, inquit, inter data & condonata se diuidens, gratias agit tam vberis beneficij largitori, id est, pietas intuetur data & condonata; hoc est, confert inter se magnitudinè beneficiorum Dei & magnitudinè nostrorum malorum, mortis & peccati, & agit gratias, &c. Et hinc extitit appellatio *εὐχαριστίας* in Ecclesia. Neq; verò ceremonia ipsa est gratiarum actio ex opere operato applicanda pro alijs, vt mereatur eis remissionem peccatorum, &c. vt liberet animas defunctorum. Hæc pugnant cum iustitia fidei; quasi ceremonia sine fide profit aut facienti, aut alijs.

DE VOCABVLIS MISSÆ.

ADVERSARIJ reuocant nos etiam ad Grammaticam, sumunt argumenta ex appellationibus Missæ; quæ non habent opus longa disputatione. Non enim sequitur, Missam, etiamsi vocatur sacrificium, opus esse ex opere operato gratiam conferens, aut applicatum pro alijs, mereri eis remissionem peccatorum, &c. *ἁγίασμα*, inquit, significat sacrificium. Et Græci Missam appellant liturgiam. Cur hinc omittunt appellationem veterem Synaxis? quæ ostendit, Missam

olim

olim fuisse multorum communicationem. Sed de
 mus de Liturgia. Ea vox non significat propriè sacri-
 cium, sed potiùs publicum ministerium, & aptè quæ-
 drat ad nostram sententiam, quòd videlicet vnus mi-
 nister consecrans, reliquo populo exhibet corpus & sa-
 guinem Domini, sicut vnus minister docens exhibet
 Euangelium populo, sicut ait Paulus: Sic nos exi-
 met homo, tanquàm ministros Christi, & dispensatores
 sacramentorum Dei, hoc est, Euangelij & sacramentorum
 Et 2. Cor. 5. Propter causam Christi legatione fungimur
 tanquàm Deo per nos adhortante, rogamus Christi cau-
 sam, reconciliamini, &c. Ita aptè quadrat nomen λειτουργία
 ad ministerium. Est enim vetus verbum, vsurpatum
 in publicis ministerijs ciuilibus, ac significat Græcè
 onera publica, sicut tributum, sumtum instruendæ cla-
 sis, aut similia, vt testatur oratio Demosthenis πένω, quæ
 tota consumitur in disputatione de publi-
 cis muneribus, & immunitatibus: φήσιν ὁ ἀναξίνοι-
 νος ἀνδρῶν εὐεργεμένους ἀτέλειαν ἐκδεδικέναι τὰς λα-
 τουργίας, id est, dicet indignos quosdam homines
 uenta immunitate detrectare publica onera. Et sic Ro-
 manis temporibus locuti sunt, vt ostendit rescriptum
 Pertinacis ff. de iure immunitatis l. Semper. εἰ δὲ
 πασῶν λειτουργιῶν τὴν πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀεὶ
 αἰεταί. Etsi non liberat parentes omnibus oneribus
 publicis numerus natorum. Et Commentarius De-
 mosthenis scribit, λειτουργίαν genus esse tributorum
 sumtus ludorum, sumtus instruendarum nauium, cura
 di gymnasij, & similibus publicarum curationum.
 Paulus pro collatione vsurpauit 2. Cor. 9. Officiū
 ius collationis non solum supplet ea, quæ desunt
 etis, Sed etiam efficit, vt plures Deo vbertim agant gra-
 tias, &c. Et Philippenses 2. appellat Epaphroditum
 τερζόν, ministrum necessitatis suæ, vbi certè non p-

test intelligi sacrificulus. Sed nihil opus est pluribus testimonijs, cum exempla ubiq; obuia sint legentib. Grecos scriptores, in quibus *λειτεργια* usurpatur pro publicis oneribus ciuilibus, seu ministerijs. Et propter diphthongum Grammatici non deducunt à *λιτη*, quod significat preces, Sed à publicis bonis, quæ vocant *λειτα*, vt sit *λειτεργεω* curo, tracto publica bona.

Illud est ridiculum, quod argumentantur altaris mentionem fieri in sacris literis, quare necesse sit, Missam esse sacrificium, cum parabola altaris per similitudinem à Paulo citetur. Et Missam fingunt dictam ab altari **ΑΒΙΒ**. Quorsum opus erat tam procul accersere etymologiam, nisi volebant ostentare scientiam Ebraicæ linguæ? Quorsum opus est procul quærere etymologiam? cum extet nomen Missa Deuter. 16. vbi significat collationes, seu mûnera populi, non oblationem sacerdotis. Debent enim singuli venientes ad celebrationem Paschæ aliquod munus, quasi symbolam afferre. Hunc morem initio retinuerunt & Christiani. Conueniente, afferbant panes, vinum, & alia, vt testatur Canones Apostolorum. Inde sumebatur pars, quæ consecraretur. Reliquum distribuebatur pauperibus. Cum hoc more retinuerunt & nomen collationum, Missa. Et propter tales collationes apparet etiam alicubi Missam dictam esse *ἀγάπην*, nisi quis mauult ita dictam esse propter commune conuiuium, sed omittamus has nugas. Ridiculum est enim aduersarios in re tanta, ad eò leues coniecturas afferre. Nam etiamsi Missa dicitur oblatio, quid facit vocabulum ad illa somnia de opere operato & applicatione, quam fingunt alijs mereri remissionem peccatorum? Et potest oblatio dici propterea, quia ibi offeruntur orationes, gratiarum actiones & totus ille cultus, sicut & *ευχαριστια* dicitur, Verum neq; ceremoniæ, neq; orationes ex opere operato sine

hde

fide profunt. Quanquam nos hîc non de orationibus
sed propriè de cœna Domini disputamus.

Græcus Canon etiam multa dicit de oblatione,
palàm ostendit, se non loqui propriè de corpore & sa-
guine Domini, sed de toto cultu, de precibus & gratia-
rum actionibus. Sic enim ait: *καὶ ποιήσον ἡμᾶς ἀγα-
θήν τε καὶ προσφέρειν σοι δεήσεις καὶ ἰκεσίας καὶ δυνά-
μει ἀναμάρτους ὑπὲρ παντὸς λαῶν.* Nihil offendit recte
intellectum. Orat enim nos dignos effici, ad offerend-
preces, & supplicationes & hostias incruentas prop-
pulo. Nam ipsas preces vocat hostias incruentas. Sic
& paulò post: *ἐπιπροσφέρμεν σοὶ τὴν λογικὴν λα-
τρίαν καὶ ἀνάμακτον λατρείαν.* Offerimus, inquit, hu-
manam, & incruentum cultum. Ineptè enim expo-
nunt, qui hîc rationalem hostiam malunt interpretari
& transferunt ad ipsum corpus Christi, cum Canon
quatur de toto cultu, & *λογικὴ λατρεία* à Paulo dicitur
fit, contra opus operatū, videlicet, de cultu mentis,
timore, de fide, de inuocatione, de gratiarū actione, &c.

Quòd verò defendunt aduersarij nostri applicati-
onem ceremoniæ pro liberandis animabus defunctorum
quæ ex re quæstum infinitum faciunt, nulla habent
testimonia, nullum mandatū ex scripturis. Neque vero
leue peccatum, tales cultus sine mandato Dei, sine ex-
emplo scripturæ, in Ecclesia instituire, & cœnam Do-
mini institutam ad recordationem & prædicationem
inter viuos, trāsferre ad mortuos. Hoc est abuti nomi-
ne Dei contra secundū præceptum. Primū enim co-
tumelia est Euangelij, sentire, quòd ceremonia, ex op-
ere operato, sine fide sit sacrificium reconcilians Deū
satisfaciens pro peccatis. Horribilis oratio est, tantū
dum tribuere operi sacerdotis, quantum morti Christi.
Deinde peccatum & mors non possunt vinci nisi
de in Christum, sicut Paulus docet: Iustificati ex fide

pacem habemus, quare non potest vinci pœna purgatorij, applicatione alieni operis.

Omitteremus iam qualia habeant aduersarij testimonia de purgatorio, quales existiment pœnas esse purgatorij, quales habeat causas doctrina satisfactionum, quam supra ostendimus vanissimam esse. Illud tantum opponemus, Certum est, cœnam Domini institutam esse propter remissionem culpæ. Offert enim remissionem peccatorum, vbi necesse est verè culpam intelligere. Et tamen pro culpa non satisfacit, alioqui Missa esset par morti Christi. Nec remissio culpæ accipi potest aliter, nisi fide. Igitur Missa non est satisfactio, Sed promissio & Sacramentum requirens fidem. Ac profectò necesse est omnes pios acerbissimo dolore affici, si cogitent, Missam magna ex parte ad mortuos & ad satisfactiones pro pœnis translata esse, Hoc est tollere iuge sacrificium ex Ecclesia, hoc est Antiochi regnum, qui saluberrimas promissiones de remissione culpæ, de fide, transtulit ad vanissimas opiniones de satisfactionibus, Hoc est Euangelium contaminare, corrumpere vsum sacramentorum. Hi sunt, quos Paulus dixit reos esse corporis & sanguinis Domini, qui oppresserunt doctrinam de fide, & remissionem culpæ, & corpus & sanguinem Domini ad sacrilegum questum prætextu satisfactionum contulerunt. Et huius sacrilegij pœnas aliquando dabunt. Quare cauendum est nobis & omnibus pijs conscientijs, ne approbent aduersariorum abusus.

Sed redeamus ad causam. Cùm Missa non sit satisfactio, nec pro pœna, nec pro culpa, ex opere operato, sine fide, Sequitur applicationem pro mortuis inutilem esse. Neq; hinc opus est longiore disputatione. Cõstat enim, quòd illæ applicationes pro mortuis nulla habeant ex scripturis testimonia. Nec tutum est in Ecclesia cultus instituere, sine autoritate scripturæ.

Et si quando opus erit, prolixius de tota re dicemus. Quid enim nunc rixemur cum aduersarijs, qui neque sacrificium, neque quid Sacramentum, neque quid remissio peccatorum, neque quid sit fides, intelligunt?

Nec Græcus Canon applicat oblationem tanquam satisfactionem pro mortuis, quia applicat eam partem beatis omnibus Patriarchis, Prophetis, Apostolis. Apparet igitur, Græcos tanquam gratiarum actionem conferre, non applicare tanquam satisfactionem pro peccatis. Quanquam etiam loquuntur non de sola oblatione corporis & sanguinis Domini, Sed de reliquis Missæ partibus, videlicet orationibus & gratiarum actionibus. Nam post consecrationem precantur, ut summentibus proficiat, non loquuntur de alijs. Deinde addunt ἐπι προσφέρω σοι τὴν λογικὴν τῆς πίστεως λατρείαν ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀπαυσιμμένων πατέρων, πατέρων, πατριάρχων, προφητῶν, ἀποστόλων, &c. Ἡ λογικὴ λατρεία non significat ipsam hostiam, Sed orationes & omnia, quæ ibi geruntur. Quod veteres allegant aduersarij Patres de oblatione pro mortuis, Scimus veteres loqui de oratione pro mortuis, quam non prohibemus, sed applicationem cœnæ Domini pro mortuis, ex opere operato improbamus. Nec patre citantur aduersarij veteres de opere operato, Et maximè Gregorij aut recentiorum testimonia habent, nos opponimus clarissimas, & certissimas scripturas. Et Patrum magna dissimilitudo est. Homines riant, & labi ac decipi poterant. Quanquam si nunc ruiuiscerent, ac viderent sua dicta prætexi luculentis mendacijs, quæ docent aduersarij de opere operato, longè aliter se ipsi interpretarentur.

Falsò enim citant aduersarij contra nos damnationem Aërij, quem dicunt propterea damnatum esse quòd negauerit in Missa oblationem fieri pro viuis & mortuis. Sæpe hoc colore vtuntur, allegant veteres

hæreses, & cum his falsò comparant nostram causam, ut illa collatione prægrauent nos. Epiphanius testatur Aërium sensisse, quòd orationes pro mortuis sint inutiles. Id reprehendit. Neq; nos Aërio patrocinamur, sed vobiscù litigamus, qui hæresin manifestè pugnantem cum Prophetis, Apostolis, & S. Patribus scelestè defenditis, videlicèt, quòd Missa ex opere operato iustificet, quòd mereatur remissionem culpæ & pœnæ, etiam iniustis, pro quibus applicatur, si non ponant obicem. Hos perniciosos errores improbamus, qui lædunt gloriam passionis Christi, & penitus obruunt doctrinam de iustitia fidei. Similis fuit persuasio impiorum in lege, quòd mererentur remissionem peccatorum, non gratis, per fidem, sed per sacrificia ex opere operato. Itaq; augebant illos cultus & sacrificia, instituebant cultum Baal in Israël, In Iuda etiam sacrificabant in lucis. Quare Prophetæ damnata illa persuasione, belligerantur non solùm cum cultoribus Baal, sed etiam cum alijs sacerdotibus, qui sacrificia à Deo ordinata cum illa opinione impia faciebant. Verùm hæret in mundo hæc persuasio, & hærebit semper, quòd cultus & sacrificia sint propiciationes. Non ferunt homines carnales soli sacrificio Christi tribui hunc honorem, q; sit propiciatio, quia iustitiam fidei non intelligunt, sed parem honorem tribuunt reliquis cultibus & sacrificijs. Sicut igitur in Iuda hæsit apud impios Pontifices falsa persuasio de sacrificijs, sicut in Israël Baaliticus cultus durauerunt, Et tamen erat ibi Ecclesia Dei, quæ impios cultus improbat: Ita hæret in regno Pontificio cultus Baaliticus, hoc est, abusus Missæ, quæ applicatur, ut per eam mereantur iniustis remissionem culpæ & pœnæ. Et videtur hic Baaliticus cultus vnà cù regno Pontificio duraturus esse, donec veniet Christus ad iudicandù, & gloria aduentus sui perdet regnum Antichristi. Interim omnes, qui verè credunt Euangelio,

debet improbare illos impios cultus excogitatos contra mandatum Dei, ad obscurandam gloriam Christi, & iustitiam fidei.

Hæc de Missa breuiter diximus, vt omnes boni vbiq; gentium intelligere queant, nos summo studio dignitatem Missæ tueri, & verum vsum ostendere, & iustissimas habere causas, quare ab aduersarijs dissentimus. Ac volumus admonitos esse omnes bonos viros, ne adiuuent aduersarios defendentes prophanationem Missæ, ne grauent se societate alieni peccati. Magna causa, magna res est, nec inferior illo negotio Eliæ Prophetæ, qui cultum Baal improbat. Nos modestissimè causam tantam proposuimus, & nunc sine contumelia respondimus. Quod si commouerint nos aduersarij, vt omnia genera abusuum Missæ colligamus, non tam clementer erit agenda causa.

DE VOTIS MONASTICIS.

APVD nos in oppido Thuringiæ Isenaco Franciscanus quidam fuit ante annos triginta, Iohannes Hilten, qui à suo sodalicio coniectus in carcerem, propterea, quòd quosdam notissimos abusus reprehenderat. Vidimus enim eius scripta, ex quibus satis intelligi potest, quale fuerit ipsius doctrinæ genus. Et qui nòrunt eum, testantur fuisse seuerum placidum, & sine morositàte grauem. Is multa prædicationes quæ partim euenerunt hætenus, partim iam videntur impendere, quæ non volumus recitare, ne quis interpretetur ea aut odio cuiusquam, aut in gratiam alicuius narrari. Sed postremò, cum vel propter ætatem vel propter squalorem carceris in morbum incidisset, accersuit ad se Guardianum, vt suam valetudinem illi indicaret, cumq; Guardianus accensus odio Pharisæo